

308
 omnium predestinatorum nomina scripta sunt in libro vite per eternam sententiam / et omnes existentium in gratia similiter per presentem iusticiam qui tamen delecti possunt de libro vite / cum labuntur in peccatum. Iuxta illud psalmi. deleantur de libro vite / et cum iustis non scribantur. Unde multi sunt scripti in libro vite qui non sunt in perfectionis statu. multi enim in actu coniugali existentes scripti sunt ibi per eternam sententiam / qui tamen non sunt in perfectionis statu. et iudas fuit in perfectionis statu et quod dicitur ibi scriptus per presentem iusticiam / semper tamen delectus per eternam sententiam. **¶** Ad tertium est dicendum. quod ille modus fuit proprius apostolicis et coadiutoribus apostolorum ut idem modus crederetur omnibus predicantibus evangelium et administrantibus spiritualia quod non principaliter temporalis subsidij. sed de desiderio celestis premij hoc facerent. Multis enim modis aliqui secuti sunt christum ut de cris. mat. ix. Alii enim per predicationem. aliqui per scripturam monitionem. aliqui vero per eternam inspirationem. et aliqui per regium abdicacionem / a tota obligatione / sicut apostoli qui retro non abierunt

¶ Questio lxxxviii. **¶** De apostolorum prelatione

¶ Circa considerandum est de apostolorum prelatione. Circa quod queruntur quatuor. Primo Verum solus petrus fuerit a christo assumptus ad prelationis statum. Secundo Verum perfectior fuerit in apostolicis status religionis quam prelationis. Tertio Verum illi lxxxviii. discipuli fuerint assumpti ad statum prelationis. Quarto Verum illi septem dyaconi ad statum prelationis fuerint assumpti.

¶ Ad primum ergo sic procedit videtur enim quod omnes apostoli non solum petrus ad statum prelationis fuerint assumpti. Episcopus enim nomen prelationis est. sed ioh. xx. christus omnes apostolos fecit episcopos quando insufflauit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittentur eis. Super quo verbo de glossa Inueni libere ad quantum culmen glorie producti sunt christi apostoli / qui vixit de quibusdam peccata retineant quibusdam relaxent / quorum nunc in ecclesia episcopi locum tenent. **¶** Per predicare evangelium est prelationis officium. secundum matth. vltimo. Omnibus apostolis indifferenter dictum est. Euntes in mundum vniuersum predicare euangelium omni creature. **¶** Per paulum assumptus fuit ad officium predicationis non auctoritate petri. quod post eius assumptionem ad apostolatum tribus annis predicauit antequam iret iherosolimam videtur petrum. ut ipse dicit gal. i. Alii ergo apostoli fuerint assumpti ad prelationis statum a christo propter petrum. **¶** In perarium est quod solus petrus fuit ad prelationis statum electus a christo matth. xvi. Tibi dabo claves. ergo solus petrus in statu prelationis a christo fuit confirmatus quod sic factum est. ioh. xxi. Pascite oues meas. **¶** Ad dicendum quod omnis status reducitur ad unum caput / aliter non esset dicendus status sed casus. **¶** Obiciunt autem est capitis unitas / ibi est status. **¶** Obiciunt autem pluralitas / casus est / non status. **¶** totum autem status episcopalis et ecclesiastice iherosolimitane caput est episcopus.

§ 1